Feria post Festum Sanctae Agnethis Virginis proxe praeterita praeda confectis
manibus regnantium subscriptis et sigillatis in omnibus et singulis eiusdem
intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamenq. et ne
xibusq. Universis tam in toto quam in parte firmiter tenere complere
exequi ac inviolabr. observare omnibusq. et singulis illiq. contentis hoc quoti
es opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et
inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo
sub vadio duorum millium et Centum florenorum pecuniae polon. per par
tem parti cum successoribus utriusq. partis ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fue
rit ad solvendum succumbendum. Praeterea memoratae partes regnantes utraq.
sibi mutuo et invicem una pars alteri parti ac posteris utriusq. partis
dant et concedunt plenariam facultatem omnimodamq. potestatem inscriptionem
praesentem roboratam, exhib. actis Castren. authentice depromptam ad Acta quaevis
authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia quo et alterius partis
nomine quandocunq. voluerint transferendi et transportandi quae transportata
tanti valebit acsi per ipsas et regnantes partes utrasq. transportata foret.
Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendum ac pro re
aliqua principali ex praemissis non completa complendaq. praemissa citata
ex nunc pars una praemissa non tenens aut eius successores Ad instantiam par
tis alterius praemissa tenentis sive illius posterorum Ad officium praesens Ca
strense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio sta
re iuri parere rodere vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seq. ac suos successores ad eadem
omnia obligat cunctaq. terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera in praemissa pro maiori minore
nitate successorum legione intra velexta Regnum servitio militari ad munimen
ad Evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendi ad Quietationem ultra proximos Terminos officii praefati Castren. Pre

misliens.

misliensis dilationem sibi non recipiendi nullasq. motiones appellationes accam pro re
cusationes faciendi ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis evasionis
suspensionis fatalibus ius processione Terrae bello Convocationeq. et aliis omni
bus iuris remediis et defensis non subterfugiendi Hac sua praesenti inscri
ptione ad praemissa omnia mediante

Mielecki Dersniakowi Tenetur.

Comparens personaliter Coram officio actisq. praesentibus Castren. Capitan. Premisliensibus
Generosus Hiacinthus Mielecki Generosi olim Joannis Mielecki filius bonorum Pre
seda vel Bezmiowa ali[...] eo pertinentium haeres sanus mente et cor
pore ex nunc a Terris districtibus iuribusq. iurisdictionibusq. suis quibusvis pro
priis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren. Premisliensi quoad actum
praesentem attinet secum successoribusq. bonisq. suis quantiscunq. omnibus totaliter et plenarie
incorporando atq. subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse
Generoso Hiacintho Dersniak et ipsius successoribus summam Tredecem millium
florenorum pecuniae polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet
florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutu
atq. apud ipsum per se regnantem pecuniae tenetur atq. debet. Quam quidem sum
mam suprascriptam Tredecem millium florenorum polonicalium idem regnans Generosus Hiacin
thus Mielecki se suosq. successores in et super bonis suis quantiscunq. omnibus et sum
mis pecuniariis habitisq. et habendis suprascripto Generoso Creditori suo et illius
posteris inscribit et obligat hinc pro die et Festo Conversionis Sancti Pau
li Apostoli proxe et immediate venturo dare solvere et coram officio actisq.
praesentibus Castren. Premisliensibus realiter et in effectu reponere ac relinquere
repositamq. et relictam rursus ab eodem officio non efficere deliberare nec aresta
re vel quovis alio modo impugnare. Sub vadio similis summae Tredecem
millium florenorum pecuniae polonicalis per praefatum regnantem Generosum Hiacinthum Mielecki
eiusq. posteros suprascripto Generoso Hiacintho Dersniak et illius posteris ob
non solutionem summae praefatae primitus pro tempore et loco supra expressis ad
solvendum succumbendum. Praeterea memoratus regnans Generosus Hiacinthus Mielecki
suprascripto Generoso Hiacintho Dersniak ac illius posteris dat et concedit
plenariam facultatem omnimodamq. potestatem inscriptionem praesentem debitoream
exhib. actis Castren. authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunq.

Voluerit transferens et transportans quae transportata tanti valebit actis ipsemet re-
cognoscens transportasse. Cuiquidem transportationi inscriptionis praesentis modo prae-
misso fiendae supranominatus generosus Dominus Hiacinthus Mielecki se suosque suc-
cessores in et super bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et ha-
bendis generoso Hiacintho Dersniak ac illius posteris inscribit et obligat non
contradicturum imo eandem pro rato et grato suscepturum. Sub simili et speciali
vadio tredecem millium florenorum pecuniae polonicae per praefatum recognoscentem eiusque poenae
praefato creditori suo ac illius posteris ob contradictionem transportationi inscri-
ptionis praesentis pro tempore et loco supraexpressis fiendae ad solvendum succum-
bens. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum suc-
cumbens ac pro se aliqua parti ex praemissis non completa complendisque prae-
missis citatus extunc memoratus generosus Dominus Hiacinthus Mielecki vel
illius successores ad instantiam praedicti generosi Hiacinthi Dersniak vel illius
posterorum ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense extunc recessu
suprascripto quoad rendum spectat mediante semper in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare iuri parere in de se vadia praefacta luere inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores
ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium terminum et alios
omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infir-
mitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta adeuntibus vel aliis quibusvis dilationibus et le-
galibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii
praefati castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellatio-
nes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel dupli-
catis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello conven-
tione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua prae-
senti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Mielecki Dersniakowi Obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus
Generosus Hiacinthus Mielecki generosi olim Joannis Mielecki filius bonorum

Posada

Posada Urele Berniowa aliorumque pertinentium haeres sanus mente et cor-
pore existens a terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis pro-
priis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni castrensi Premisliensi quo-
ad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus
totaliter et plenarie incorporando et subiiciens palam libere publice ac percepisse
sum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta villae
Posada Urale et Berniowa aliaque pertinentia cum curiis et praediis ibidem
sitis in terra et districtu Sanocensi consistentia cum omni [illegible] iure
dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum
utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinen-
tiis et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se
suisque successoribus aut alio quopiam reservatis sed omnibus in genere et singulis
in specie comprehensis generaliter per speciem et e contra in nullo derogando
verum ita late longe circumferens prout praefatorum bonorum haereditas se
in suis metis et limitibus ab antiquo extendit ac protendit et prout ea-
dem bona ipsemet recognoscens solus tenuit habuit et possidebat ac ipsum
concernebat eidemque serviebat. Jam ex nunc et de facto generoso Hiacintho
Dersniak et illius posteris in summa tredecem millium florenorum pecuniae
polonicae communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum
grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutua-
teque apud ipsum per se recognoscentem pecunia hinc et a dato praesenti ad festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum et in defe-
ctu [illegible] exemptionis extunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli per annum proxime tunc venturum et sic consequenter de anno ad
annum festo ad festum annis et festis continue et immediate sese sequen-
tibus usque ad exemptionem eorundem bonorum ac summae praedictae totalem et indivi-
sam persolutionem inscripsit obligavit ac invadiavit prout praesentibus inscribit obli-
gat et invadiat. Etiam ex nunc idem recognoscens generosus Hiacinthus Mielecki prae-
dicto generoso obligatorio suo ac illius posteris coram officio praesenti dat et admittit

realem